



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 36. Claudii Dausquei decessus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67222)

Prostat insuper Madritensibus & Colo-  
 niensibus literis excusus ipsius *commen-*  
*tarius rerum in Belgio gestarum a Comite*  
*Fontano Petro Henriquez, addito tractatu*  
*de tumultibus Belgicis Auctore Rolando*  
*Miriteo Onatino, quod per Anagramma*  
 idem est ac *Antonio Martin Del-Rio:*  
 hujus autem operis stylus valde vehe-  
 mens, multumque affectatus est.

Sæc. XVII.  
 A. C. 1608.

§. XXXVI.

*Claudii Dausquei decessus.*

Ad hunc quoque annum referre lubet *Alegambe*  
 Claudii D'Ausqueii seu Dausquei *Bibl. Scri-*  
 obitum, quamvis certum mortis suæ *ban. amphit.*  
 annum nullibi annotatum invenerimus, *hon. l.2.c.13.*  
 id tamen pariter certum est, quod post *Baillet ju-*  
 annum Christi millesimum sexcentesi- *gem. des*  
 mum septimum nulla amplius illius vi- *critique.*  
 tæ memoria apud Scriptores fiat: Hic *Lipsius ep.62*  
 igitur anno restauratæ Salutis millesi- *Cent. 5. ad*  
 mo quingentesimo sexagesimo sexto die *Belgas.*  
 quinta Decembris Audomaropoli natus  
 ætatis suæ anno decimo septimo Jesui-  
 tis sese aggregabat, quorum tamen So-  
 cietate, qua de caussa ab exteris igno-  
 ratur, relicta Tornacensis Ecclesiæ Ca-  
 nonicus renuntiatur. Meminit ipse  
 Scribonius tanquam Viri eruditione,  
 linguarum peritia ac eloquentia clarif-  
 simi. Erat quoque sat familiaris cele-  
 berrimo

Z 4

Sæc. XVII.  
A. C. 1608

berrimo Justo Lipsio, cujus etiam epistola ad ipsum in Centuria quinta existat, eundem pariter contra Georgium Thomsonum natione Scotum, qui anno Domini millesimo sexcentesimo sexto adversus Lipsium calamum strinxerat, Claudius vindicabat, edito libello, cui titulus: *Iusti Lipsii scutum adversus Agricolaë Thracii satyricas petitiones*: Plura adhuc alia sat erudita evulgabat opera, ex quibus tamen Pater Alegambenon nisi ipsius quadraginta Basilii Seleucienfis orationes recenset, eo quod has duntaxat, dum in Societate esset, e Græco latine reddidisset. Præter eas autem publici juris fecit librum, quem inscripsit: *Scutum B. Mariæ Aspricollis, necnon antiqui novique Latii Orthographiam ac voluminosum commentarium in Scilium Italicum*. Carpebat etiam indiscriminatum devotionem quorundam Minoritarum, qui Sanctos Paulum & Josephum in utero Matris fuisse sanctificatos propugnabant, adversus quos ipse sequentes elucubravit libellos. I. *Sancti Pauli sanctitudo in utero, extra & in solo & in caelo*. II. *Sancti Josephi Sanctificatio extra uterum, seu binocinium adversus Fratres Marchantii Minoritæ Exprovincialis ineptias*. III. *Alypitarum Fratrum Minorum Audromaropolitanorum Spongia*.

§. XXXVII.